

1182.

1296 d. 19 Oct.

Konung BIRGERS skyddsbref för Skara Biskops gods.

A. 3. z.

BIRGERUS dei gracia sweorum Gothorumque Rex, Omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino, Tenore presencium constare volumus euidenter, quod Nos venerabilem patrem dominum . B. Episcopum sca-rensem cum omnibus bonis suis mobilibus, et immobilibus, villicis, Colo-nis, familiis et personis ceteris in eisdem bonis commorantibus sub nostram protectionem recipimus, et tutele gratiam specialem Reddentes ipsum cum vniuersis bonis, et personis superius tactis, ab omnibus iuribus, et causis regalibus, ceterisque grauaminibus, solucionibus Gengyærdh videlicet, et almen-ninxøræ ac exhibicionibus quibuscunque juri nostro, et nomini debitis li-berum penitus et exemptum si vero expedicionem nostram euocari, vel iu-dicium nostrum seu corone juramentum infringi, aut generaliter sub-sidium a toto regno requiri, seu causas in occultis homicidiis, Mordh dic-tis, atque furtis emergere contigerit, jsta sibi nullatenus libera reddimus sed ea ad ordinacionem nostram et ad fiscum regium specialiter volu-mus pertinere, Prohibemus igitur, Ne quis memoratum dominum skaren-sem in rebus aut personis prenotatis, contra premissam tuicionem et liberta-tes quas sibi concedendas duximus audeat aliqualiter molestare, prout graci-am nostram diligit inoffensam, Datum anno domini. M°, CC°, XC°, sexto, XIII° kal. nouembris.

Sigillet på den utur brefvet klippta remsan skadadt.

1183.

1266 d. 12—18 Nov.

RÖD KELDORSSONS intyg att han till nästa midsommar äger den delen af Tensta qvarnström, som tillhört Kaniken Israel Petersson i Upsala.

A. 6. a: 25.

Omnibus presens scriptum cernentibus, RØDH KIELDORSSON salutem in domino, nouerint vniuersi me partem quam dominus jsrael pætersson cano-nicus vpsalensis possidet in torrente tensta in qua situm est molendinum meum vsque ad festiuitatem Johannis baptiste in proximo venturam habere in . . . concessu. In huius rei testimonium sigillum meum presentibus assignaui, Datum anno domini M°. CC°. XC°. VI° infra octauam beati martini.

Ett stycke af sigillet finnes å den ur brefvet klippta remsan.